

IX.

ET TESTIMONIUM FRA KALLUNDBORG SKOLE.

Ved **Bjørn Kornerup.**

Det er ikke mange Vidnesbyrd, der foreligger fra det aandelige Liv i Kallundborg Latinskole, der som andre af samme Størrelse blev nedlagt fra 1740 at regne. Dog hørte den ikke til Landets mindste — der kendes saaledes ikke færre end 126 Dimittender herfra¹. Nedenfor skal der i Tilslutning til, hvad der oftere har været Tilfældet i »Kirkehistoriske Samlinger«, meddeles et Testimonium scholasticum fra denne Skole som et nyt Eksempel paa denne ejendommelige Litteraturart². Det er udstedt den 23. Juni 1690 for *Oluf Madsen Dyrhoff* (*Dyrhoved*), en Præstesøn fra Viskinde. Trods den anbefalende Omtale i Testimoniet kom han dog sandt at sige ikke til at høre til de store Lærdomslys, idet han blot blev Degn i Sværdborg, hvor han døde 1743 efter 43 Aars Virksomhed³. Hans Testimonium

¹) F. E. Hundrup, Lærerstanden ved de nedlagte lærde Skoler i Kjøge, Holbek, Kallundborg og Ringsted, 1870, S. 18.

²) Testimoniet findes i Original i Ny kgl. Saml., Fol., 743 (D). — Et Testimonium fra 1718 fra Kallundborg er tidligere meddelt i Kh. Saml. 3. R. II, 456—7.

³) Anders Petersen, Sjællands Stifts Degnehistorie, 1899, S. 183. Han immatrikuleredes 25. Juli 1690 som »Olaus Matthiæ Dyrhof« (Kjøbenhavns Universitets Matrikel ved S. Birket Smith II, 177).

er udstedt af Skolens daværende Rektor, Mag. *Israel Pontoppidan*, der havde overtaget Kallundborg Skole 1676, og som 1691 blev Sognepræst i Butterup og Tudse, hvor han endte sine Dage 1716¹. Testimoniet har følgende Ordlyd:

Viri Amplissimi, Nobilissimi, Patriæ Academiæ Curatores Optimi, Mæcenates Maximi.

Haud dubium Virtutis est indicium recta excitari laude, et moderatîs moribûs animum discendi cupidum erigere; et trahimur qvidem omnes etiam ad scientiæ cupiditatem, at non nisi optimus quisque maximè gloriâ ducitur, qvibus Summi Oratoris² verbis suffragatur Ovidius³, dum ita canit:

— non parvas animo dat gloria vires,

Et foecunda facit pectora laudis amor.

Ut nihil prorsus videam, qvid possit eruditio sine laudis studio, aut laudis studium sine eruditione, ità alterum alterius inniti præsidio videtur. Hanc mentem, hunc animum ad utrumqve certè accensum gratulamur egregio Adolescenti OLAO MATTHIÆ Dyrhov in vicino pago Vischingensi Patre Pastore nato, qvi qvàmprimùm ejuratô solutioris vitæ studiô cum maximis naturæ vitiis belligerare coepit, coeptum literarum laudisqve honestæ studium acriter adeò ursit, ut non solum præteritæ ætatis mores rite emendaverit, verùm etiam studiorum cruditatem expugnaverit, ignaviam, inscitiam cæterásqve animi pestes debellaverit perinde ut jam totum se virtuti restitutum et reconciliatum profiteri ausit, qvi superiore annô ad aliud vitæ studium ægrotum fortè applicuisset animum, nisi pudore victus sententiam mutâsset; id unicum maximè dolens, qvòd parentibu[s] charissimis orbatus et a suis omnibus hic desertus, oneri aliis tædióve esset, iis

¹) F. E. Hundrup, anf. Skrift S. 22. Sjæll. Reg. 1691 1. Aug. Nr. 125; 1716 9. Marts Nr. 46. Oplysningerne hos Hundrup og S. V. Wiberg (Dansk Præstehistorie I, 240) om Pontoppidans Udnævnelse til Præst er vildledende.

²) Cicero, Pro Archia 26.

³) Tristia V, 12, 37—8.

tamen haudquaquam destitutus præsidiis, quibus honestè satis frugalitérque vivere posset, modò saniora pati potuisset consilia. Sed ut habet humana inertia semper, quò tædium laboris excuset discendique molestiam declinet; sic quanquam Huic Nostro nec tale quid tum defuit ad frugem redituro, non deesse tamen veteres ipsi fautores coeperunt, qui non modò autores ipsi fuerunt, ut literis operam daret, sed et, quibuscunqve potuerunt, rebus præstò fuere: operâ, consiliò, quid? quod ne victum quidem et amictum dene-gârunt, ut majoris laudis cupid[it]ate incensus, in amoena Musarum prata felicissimo ipsius ingenio haud impervia, avidius promtiúsque se ferri pateretur. Quò autem jam demum id factum sit studiò, nemo quàm ipse testabitur certius, daturus Vobis, Excellentis. Dn. Professores, haud obscura ejusdem conaminis indicia, quibus non modò voti sui compotem, sed et Vestræ benevolentiae securum certiorémque se fore speret. Favete igitur Fautores Optimi optimæ Huic spei Adolescenti, qui pietati, modestiæ, obsequio omnibúsque bonis moribus ità jamdiu consuluit, ut dubium nobis non sit, quin si Amicorum ipsi non defuerit benevolentia, de primis ejus conatibus præclare sibi Patria polliceri possit. Valete et cum universa Academia florete! Scribebam et Signabam Calundiæ IX Kalend. Qvintil. Anni MDCXC.

Amplit. Nobil. V. V.
studiosissimus
Israël Pontoppidanus
Sch. R.
(L. S.).